



Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Ioannis Ivsti Lanspergii, Natione Bavari, Illvminati
Ac Religiosissimi viri, Carthusiae Coloniensis ante annos
centum Vicarii, & Magistri Nouitiorum laudatissimi Opera**

In Qvinque Tomos Distributa, à mendis expurgata, veteri integritati
restituta, & indicibus locupletata

De Tempore

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1631

VI. post Natiuitatem,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-47044](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-47044)

tum. Dominus igitur Iesus Christus adiuuet infirmitatem nostram, & expugnet nobiscum & in nobis omnem hostilitatem, qui est benedictus in scula, Amen.

DOMINICA VI. POST DOMINI NATIVITATEM, Epistola B. Pauli Apostoli, ad Colloſſenses III.

En duce vobisicut electi Dei, sancti, & dilecti viscera misericordia, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportantes iniucem, & donantes vobismetipſis, si quis aduersus aliquem habet querelam, sicut & Dominus donauit vobis, ita & tu.

Super omnia autem hec charitatem habete, quod est vinculum perfectionis. Et pax Christi exultet in cordibus vestris, in qua & vocati es in uno corpore: & gratia estote. Verbum Christi habitet in vobis abundante, in omni sapientia, docentes & commonentes vosmetipſos in Psalmis, & hymnis, & canticis spiritualibus in gratia, cantantes in cordibus vestris Deo. Omne quocunque facitis in verbo, aut in opere, omnia in nomine Domini nostri Iesu Christi: gratias agentes Deo & Patri per Iesum Christum. Dominus noster.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Colloſſ. 3.

Ante haec verba docuerat Colloſſenses Paulus veterem expoliare hominem & induere nouum, qui ad imaginem Dei creatus est. Iuxta quem hominem nouum (inquit) non est circuncisio, nec praeparatum, nec seruus aut liber, nec vir aut mulier, sed omnia & in omnibus Christus. Quem qui induerunt, eum, a quo habent omnia quæcumque habent, induerunt, & quicquid faciunt boni, per ipsum faciunt. Iam sequitur hodierna epistola: Vos itaque qui Christum nouumque hominem induistis, induit quoque vos sicut electi Dei ad vitam æternam præordinati, & à Deo dilecti (hic enim dilexit vos & lauit vos in sanguine suo). ve magis ab eodem diligamini. Induite, inquam, eas virtutes, quas ipse diligit. Induite viscera misericordia, ut internus affectus pietatis quæ intus geritis, in omnibus membris & operibus vestris ex omni parte se prodar. Induite benignitatem quæ est serenitas quædam animi, qua ad alloquendum (præcipue vbi Dei contemplatione est loquendum) quis hilariter, ad conuersandum suauiter, & ad tribuenda liberaliter sua propter Deum incitatur. Induite humilitatem, quæ verbis, operibus, moribus, vestibus, signis & gestibus vestris nunquam defit: imò quæ nusquam non luceat in vobis. Induite modestiam, quæ in omnibus temperati modum seruets & honestatem. Et quia non raro aduersitates & molestiae vobis occurrent, induite quoque patientiam, supertantes iniucem, supplendo alter alterius defectum, & alter alterius portando onus: donantes alterutrum ac vicissim, si quis habuerit quarimoniam aduersus aliquem de iniuria aut contumelja sibi illata. Et hoc fiat non sicut, sed ex animo, plenè ac perfectè, sicut Dominus donauit vobis.

Super omnia autem & maximè omnium habete charitatem, quæ excelle-

Apoc. 1.

Benignitas
quid sit.

Col. 3.

leuissimum est vinculum perfectionis, reliquas virtutes connectens, colliguntque, ne dissipentur pereantve. Alijs enim virtutibus dat charitas modum, nomen & rem, quare sint, vocari que debent virtutes. Et pax Christi, quam Christus habet & dat, qua est Deo & sanctis Angelis eius reconciliatio, Pax Chrt*ta*
pax quae est animi tranquillitas, voluntatis vestrae stabilitio in Deo, qua
nem Deum proximumque diligitis, qua deniq*ue* in lege eius, & in eius beneficiis,
potissimum redemptio*n*is vestrae, suauiter delectamini, exulte tripudiate
in cordibus vestris, aut potius corda vestra in Deo faciat exhilarari,
in qua pace estis vocati, ut sitis unum corpus Ecclesiae, seruantes inter vos
concordiam, quam vniuersitatem corporis membra, pro qua vocatione
grati Deo estote. Quod ut possitis, & ut Dei pax vestra corda semper possidat,
verbum Christi eruditio*que* Euangelica nunquam recedat de corde
& memoria vestra: sed perseveret vobiscum in abundantia, & in omni sa-
piencia, qua desursum descendens inuenitur humilis, pudica, suavisibilis, bo-
nisque consentientes, ne in sensu vestro pertinaces a communi sententia Ec-
clesie recedatis. Ita enim vos sapere necesse est, quo scripturam sacram, &
verbum Dei, non iuxta capitis vestri somnia, sed iuxta Ecclesiaz intellectum
& definitionem a Spiritu sancto prescriptam intelligatis. Estote igitur in da-
omi sapientia docentes & exhortantes vosmetipos in his, quae scitis exci-
tantes & exercentes vos in Psalmis & hymnis & canticis spiritualibus, quae
in solo conditore vos gaudere, delectari que faciant. Et id siat in gratia Dei,
sine qua gaudium quocunque moror sit. Necesse est itaque, ut in hac quo-
que vita canteris Domino in cordibus vestris, ubi secretam, intimamque ve-
stimentis exultationem solus respiciat Deus, iuxta illud: Confitebor tibi Do-
minus in toto corde meo. Omnia autem quocunque facitis in verbo & opere, si-
uedocetis, sive corripatis, & quocunque egritis, in nomine Domini no-
str*i* Iesu Christi, & ad gloriam eius cum inuocatione nominis eius facite:
gratias agentes in omnibus Deo, qui vos creauit, & Patri qui adoptauit vos
tum in filios per eum, hoc est, per Dominum nostrum Iesum Christum
mediatorem nostrum benedictum, Amen.

EXEGESIS EVANGELII EIVSDEM

Dominica, Mathei XIII.

CVII multas alias parabolas Dominus loqueretur de regno Dei, hoc
est, de negotio presentis Ecclesie, hanc quoque proposuit, qua disce-
retur quomodo sit agendum cum his, qui contraria & pernicio*s*a Ec-
clesiaz dogmata (vt sunt heretici) seminant, sine extermi*n*andi, an toleran-
di. Neque enim scrupulo caret haec quæstio, An heretici iuxta Apostolum 1. Cor. 1.
sint de medio tollendi, nec ne: cum ex una parte, quoniam pestilentes alios
inficiunt sanos, videantur non minus nocere Reipub. quam latrones & fu-
ri. Ex alia vero parte videantur tolerandi sub spe resuscitationis & con-
versionis. Dicit itaque Euangeli*sta*:

Simile est regnum cœlorum homini, qui seminauit semen
bonum in agro suo. Cum autem dormirent homines, venit
Q. 2 inimi-

T. VI

21

inimicus & seminavit zizania in medio tritici, & abijt.

Regnum cælorum in diversis modis accipi.

I.

Matth. 8.

II.

Lucus 17.

III.

Matth. 13.

Matth. 25.

III.

Matth. 10.

Matth. 22.

Matth. 13.

Esaia 61.

Esaia 53.

Gal. 3.

Roma. 4.

Zizania my-

flisce quos fi-

gaent.

Ioan. 8.

Euangelium hoc totum nihil aliud est quam parabola, qua aliud nobis quid, quam in vocibus exprimitur, ex vicina similitudine significatur. Si mille est, inquit, regnum cælorum. Non uno modo & quæ accipitur in scriptura regnum cælorum. Aliquando enim in cælesti patria societas sanctorum dicitur regnum cælorum, quomodo Christus de eo loquitur, cum dicit: *Multi venient ab Oriente & Occidente, & recumbent cum Abraham, Isaac, & Iacob in regno cælorum.* Interdum per regnum cælorum significatur Christus habitans intra nos per gratiam suam, iuxta modum loquendi, quo dicit ipse Christus: *Regnum Dei intravos est,* hoc est, per inhabitacionem spiritus mei intra vos, & per dominium gratie mea inchoatur in vobis via ad cælesti regnum, exprimiturque in vobis regni cælestis similitudo, quæ est, vtrcognoscatis, ametisque perfectè Deum. Cognitio namque & amor Deificiunt beatum. Inchoatio autem huius beatitudinis imperfecta hic est in via, vbi hominum sanctorum corda Christus inhabitat. Hoc modo non incongruè intelligitur hic, quando dicitur: Simile est regnum cælorum homini seminanti bonum semen in agro suo. Tertio, regnum cælorum intelligitur Ecclesia militans, quam Christus possidet ut regnum suum, in ea regnans. Vnde dicitur, *simile esse regnum cælorum sagine missæ in mare, & decem virgib[us].* Quid haud dubium non aliter quam de præsenti potest Ecclesia recte intelligi. Quarto significatur status seu negotium militantis Ecclesia. Hoc modo accipitur, vbi dicitur: *Simile est regnum cælorum homini patris familias, &c. & homini regi.* Hoc etiam modo hic accipi potest parabola præsens de seminante bonum semen, quæ paulo post à Domino exponitur discipulis. Nam cum multas dixisset parabolæ, nec explanasset, turbis relictis cum esset in domo cum discipulis solus, interrogatus exposuit parabolam. *Qui seminat,* inquit, *bonum semen, filius est bonus,* Christum seipsum haud dubiè significans, cui simile dicit factum regnum cælorum. Indeliqueret Christum hic vocari posse regnum cælorum, quia promissor, doctor, & dator est regni cælorum. Ager verò est mundus, hoc est, terra peregrinationis humanæ, in qua degimus hic tanquam exules & peregrini. Bonum semen quod seminatur, sunt filii regni, pura electi ac homines virtuosí, quos Christus in omni habet loco per vniuersum mundum dispersos. Illos enim seminavit, hoc est, dispersit per omnia climata mundi. De hoc semine scriptum est in Esaia: *Omnes qui viderint eos, cognoscent illos, quia isti sunt semen cui benedixit Dominus.* Et de Christo idem prophetat: *Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longum:* Hoc est, semen Abrahæ secundum promissionem Dei hæredes. Zizania autem filii sunt nequam. Hi pari modo sunt semen, sed non Dei. Sunt autem semen diaboli, non quod esse natura à diabolo habeant, sed esse malitia, eo scilicet instigator, eius suggestione & machinatione. Seminati sunt ergo per vniuersum mundum, ut dixi, non in quantum homines (hoc enim modo boni, malitiæ omnes eundem habemus creatorem) sed in quantum mali. Hoc modo quoque quod scriptum est, Omnis qui facit peccatum, ex parte diaboli est, quoniam ab initio diabolus peccat, intelligitur. Iudaos quoque Christus obiurgans, *Vos ex patre inquit, diabolo estis,* & desideria patris vestri vultus perficere. Ex hoc enim semi-

sem
ci, cu
malin
laph
nam
verdi
mē a
(Ab
ita d
diffu
ua co
latin
rabo
ter fi
elect
ro c
de re
qui a
toru
tur t
quo
lis tr
min
litar
cam
Chr
omni
ni p
terru
C
vel
hor
sem
fan
hoc
qui
fed
cess
inte
par
fide
mi

T. VI

21

seminatum est semen malitiae. Quotquot enim in Ecclesia fuerunt haeretici, quorundam in mundo fuerunt mali, ipsius instigatione & consilio facti sunt mali, & in malo adiuti. In Genesi legimus de tribus filiis Noe, Sem, Cham, & Genes. 9. Iaphet dictum: *Isti sunt tres filii Noe, per quos diffuminatur genus hominum super vniuersam terram.* Horum duo filii creduntur fuisse boni. Tertius vero reprobatus & maledictus. Quomodo ergo in duobus prioribus, maxime autem in Sem, Deus semen seruauit virtutis, quod in posteris diffudit. (Ab his enim dicicerunt boni ritum colendi Deum, innocenterque vivendi) ita diabolus ex Cham, qui ante diluvium fuit malus, post diluvium semen Genes. 5.

Genes. 5.
Diabolus
quare vocatur
hiechico.
mo.

Matt. 13.

Apoc. 21.

2. Cor. 5.

Semen bonum
vix Christus
seminauerit.

Aster. 4.

Ita diabolus ex Cham, qui ante diluvium fuit malus, post diluvium semen Genes. 5. diffudit malitiam eius, in quo sicutque potuit homines, ut tam sua instigatione, quam huius imitatorumque eius malorum hominum exemplo & praeconuersione malitiam propagaret in alios, ut vniuersum iterum pavlatim corrumperet genus humanum. Dicitur autem diabolus hic homo parabolice, quia suos instruit, qui illum audierint, ad malitiam, tanquam paternos filios. Messis vero consummatio est seculi, dies scilicet iudicij, in quo electi separabuntur a malis. Messores Angeli sunt boni, quorum ministratio cineres mortuorum colligentur ad iudicium ducendorum, qui auferent de regno eius, hoc est, de Ecclesia Sanctorum, omnia scandala, id est, omnes qui alias scandalizant, omnesque qui operantur iniquitatem. Erit enim tunc iniquitatis finis, nec scandalizandi, aut mali agendi eis prorogabitur tempus, sed iuxta opera tunc sua quisque recipiet, siue bonum siue malum, quod in corpore gestit. Hec est exppositio huius parabola à Christo Apostoli tradita. Sed inuestigandum est, vbi aut quomodo Christus bonum seminauerit semen. Dicendum, Christus in agro suo, id est, in Ecclesia sua militante, per seipsum, & per Apostolos suos doctrinam seminauit Euangeli-
cam, qua homines (vt ipse exponit) crescere cooperunt boni, adeo, ut post Christi ascensionem mox à perfectione hi inciperent, tradentes venditis omnibus suis facultatibus precium ad pedes Apostolorum, & decommu-
ni prouisione vivitabant. Erant ergo tunc ferè omnes sancti quotquot conseruerant ad Christum.

Cum autem dormirent homines, venit inimicus eius, & seminauit zizania in medio tritici, & abiit.

Inuidet inimicus diabolus huic sancto semini, & visus est ipsum, aut velle crrumpere, aut saltē interturbare. Idecirco sequitur: Dormientibus hominibus superseminalit zizaniam seu lolium in medio tritici, ut semine suo iniquo suffocaret bonum semen. Vbi enim in magna cooperat sanctitate & synceritate florere Ecclesia, seminalit diabolus in triticis, hoc est, inter bonos homines, semen malum, hoc est, impios & haereticos, qui aut eruditione pestifera, aut malæ vitæ contagio bonos torquerent, & seducerent. Non tamē diabolus intelligendus est ita facere malos, ut eis ne Diabolus
cessitatem imponat, sed vt eos inciter, alliciat, fallat, & seducat. Hos itaque quo pacto
inter bonos vult conuersari, vt ex bonis quoque aliquos seducens corrum-
pat. Neque enim magnopere curat, vt haereticos, aut impios habeat inter infideles, quia vtrosque, ubiqueque sint, possidet: sed bonis vult malos esse
maximos, vt per malos tenter, & decipiatis bonos. Seminat autem malos
Q. 3. seu:

seu hæreticos, eos excitando scilicet, & animum superbiamq[ue] in illis fuen-
do atque exuffando, idq[ue] dormientibus hominibus, hoc est, prælatis, do-
ctoribus, & præparatoribus, quorunq[ue] est super grege sibi cōmissio, super cu-
In negligen-
tia p[ro]ficiatos.
stodia animarum, & super sana doctrina contutanda vigilare. Dormitan-
t[ur] autem & non vigilant, cūm sibi ipsis magis, quām animabus sibi creditis
prospiciunt Prælati & Doctores, cūm negligētius in animarum propulsan-
dis periculis agunt, cūm denique nimium dissimulantes neminem offendere
volunt. Interea igitur inimicus homo, id est, diabolus huiusmodi ma-
lum semen, vnde & prodeant hæretici & crescāt impij, spargit & abit. Hæ-
c enim diaboli virtutia est, ut velit ignorari, nolit agnoscere, & sub specie An-
geli agat pessimum diabolum. Hæc ies inquam, est ars fallendi. Propter
ea Apostolus quoque nos præmonens dicit, illum transfigurare se in Ange-
lum lucis, haud dubiū non aliam ob rem, nisi vt facilius supplanter. Quod
ergo dicitur seminasse, & abiisse, nihil vult dictum aliud, quām quod fraude,
latenterq[ue] hoc fecerit, vt sua fraudis reportaret fructum. Vult enim
se hoc, quod ipse hoc procuraerit aut fecerit ignorari. Suspectus enim om-
nibus est, eiusq[ue] technæ quod pessimæ sint, nemini non manifestum est: ideo
ne consilia eius spernantur, nō vult deprehendi, sed sub specie fallit pietatis.

Cūm autem creuisset herba, & fructum fecisset, tūc appa-
ruerunt & zizania.

Cūm creuisset herba, puta tritici, & fructum fecisset, apparuerunt & zi-
zania. Quandiu in germine fuerat, non potuit facile alterum ab altero di-
cerni, quia non euidentes magnaque apparebat dissimilitudo. Verū vbi iam
maturescere coepit, spicamq[ue] emittere, dissimilitudo inuenitur & lolij &
tritici. Hoc modo hæretici vbi primum seminauerint, fauoribus se curant
commendare humanis, & coram pijs simulant pietatem, coram mundani
verò libertatem, assertionem vt suam impiam liberius ostentent. Vnde fit
vt vix possint tunc hæretici cognosci. Verū vbi fructus eruditio[n]is, poti-
us dicere seductionis, coepit apparere, tunc primum à pijs cognoscitur
corum impietas, quam sub specie pietatis tanto tempore absconderunt.

Accedentes autem serui patris familias, dixerunt ei: Do-
mine, nōnne bonum semen seminasti in agro tuo? Vnde cr-
go habet zizania? Et ait illis: Inimicus homo hoc fecit.

Serui accedentes dixerunt Domino suo: Domine, nōnne bonum semen
seminasti in agro tuo? Vnde argo habet zizania? Qui fuerunt hi serui, qui
hæc suggererunt, sugerunt ve dominis suis? Fuerunt & sunt certè viri ini-
sti & timentes Deum, qui zelum habentes Dei, dum vident in Ecclesia ma-
lum, sugerunt Deo hoc per orationem, precantes eis auxilium Ecclesiæ ci-
tius aduenire, antequam malitia diabolice fraudis, hæreticeq[ue] prauitatis
adeo clanculum serpat, confirmeturq[ue], nemine obstante, in hominum cor-
dibus, vt paulopost nulla possit prælatorum diligentia curari. Primitus
igitur Ecclesiæ Patres, cūm viderent multas pullulare hærefes, quando sa-
na uniformis esse debeat omnium fidelium eruditio, orationibus profecti
sunt ad Deum, admirantes, cūm Dei verbum Euangelicum vbiq[ue] semina-
retrur,

Fatum pri-
mitius Ec-
clesie vigilâ-
tia quanta
fecit.

rever, quomodo hæresum zizaniæ simul & que cresceret. Et respondit Dominus inspirando eis: Semen quidem Dei verbum esse sanum & bonum, sed tamen hominem inimicum, id est, diabolum, qui non propter conformitatem, quam cum homine habeat corporalem, sed ratione mentis (quia fortius est) homo dicitur, hoc fecisse, ut sensus intellectus verbi Dei ad aliterius, falsusq; ex vera Scriptura ab hæreticis assumeretur, Consulunt autem Dominum, an illi placeat zizaniam euelli. Ideo sequitur:

Serui autem dixerunt ei: Vis, imus & colligimus ea? Et ait: Non, ne colligentes zizania, eradicetis simul cum eis & triticum. Sinite crescere vtraque usque ad messem.

Indignum eis videbatur, loco tritici lolium natum foueri, & respondit: Non. Neque enim hic soli iusti vivere debent, qui perfecti nunquam fierent, nisi per malos fibi coniunctos exercearentur. Nusquam ergo solos colligit Mali homines quādū electi, sed simul bonis malos coniungit, vt sint qui probent, & qui proficiuntur. Quis enim hominum dicetur patiens, aut mixtus, vbi nemo illum deficiat, vbi nemo iniuriam facit? Aut cui iniuriam donabit, si nullam ei quispiam intulit? Vides igitur exercitia virtutum haudquaque esse posse, vbi non fuerint vitia. Bonorum enim est officium iniurias patienter tolerare, non inferre. Porrò mali sunt, qui alios persequuntur. Si igitur pati debemus persecutionem, necesse est esse, qui hanc nobis inferant. Et si hanc nemo interficeret nisi malus, ergo mali necessarij sunt nobis & vtile, nec prorsus abijcendi: quādoquidem electi Dei magna venit de malis vtilitas, sicut etiam ex persecutione, temptationibusq; demonum multa nobis eveniunt bona. Admonet igitur non eradicandos malos, nec hæreticos omnes, rationem huius assignans, ne quum velimus zizaniam euellere, simul euellamus & triticum. Mali, hæretici quoque multi, de quibus plene non constat eos esse malos, aut hæreticos, si tolleretur de medio (posset evenire, vt eis fieret p̄iudicium) quia aut sunt conuerterent, aut adeo non sunt mali, quantum humana iudicat temeritas, ad iudicandum & damnandum alioqui prona. Fieret nanque tune, quod Christus dicit, vt cū putarent se euellere zizaniam, eradicarent triticum. Quod alio quoque posset contingere modo, dum hæretici sunt potentes, habentve eos, qui in terrena sunt constituti potestate, fautores, vt non faciliter queant modo ē medio tolli, nisi cum magna iatura & persecutione fidelium. Tunc enim eos diuino relinquere iudicio praefat, quām eradicare de terra: aut obseruari, expectariq; oportet tempus opportunum, quo absque fidelium possint puniri incommodo graui ac iatura. Quod si nullum datur idoneum, veniet messis, id est consummatio seculi, & dicet Dominus messoribus, vt sequitur:

Et in tempore messis dicam messoribus: Colligite primū zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum. Triticū autem congregate in horreum meum.

Colligite, inquit, primū zizania, & alligate ea in fasciculos ad comburendum. Hoc præsens tempus, tempus est feminationis, vt Psalmita ait: Psalms. 1. 9. *Quæ seminant in lachrymis, in exultatione metent. Eunte ibant & flebant, mittentes*

Q. + semina

T. VI

21

428 IOAN. LANS. CARTHVS. SERMONES
semina sua. Venientes autem vident cum exultatione, portantes manipulos suas. Et
Paulus. Qui parè seminat, parè & metet. Quodcumque ergo seminauerit homo,
hoc & metet. Colligite, inquit messoribus, primum zizania, hoc est, sepa-
rate eos de medio iustorum. Hinc colligitur, quod reprobri primum recipi-
ent iudicium, vt ante audiant ipsi sententiam grauem damnationis, quam
sancti ascendant cum Christo in cælum. Cum quibus benedictionem suam
tunc nobis quoque Christus largiatur, qui cum Patre & spiritu Sancto vi-
uit & regnat Deus, Amen.

SERMO DE EADEM DOMINICA.

Mali vestes sunt bonis, & quando euellendi quando sint
tolerandi.

Sinit ex crescere usque ad messem. Matthæi XIII. Verba sunt hodierni Eu-
angelij, quibus interrogatus Dominus, an mali cum bonis sint toleran-
di, respondent utrumque & lolium & triticum simul crescere debere
tamen non à se zizania, sed bonum tantum semen esset seminatum, ne dum
zizania putaretur eradicari, euellatur simul & triticum. Voluit autem nos
docere, impossibile fore, vt omnis zizania euellatur è tritico, hoc est, vt
omnes mali separantur à bonis. Neceriam expedire, vt soli boni simili-
sime quandoquidem exercenda, perficienda nullum virtutis haberent

Mali quantū
profant bo-
nis.
Hæretici
quantū pro-
fici ecclesiæ.
Uebe. 12.

exercitium boni absque malis. Multa autem bonis proueniunt bona à ma-
lis. Si enim non essent mali, cessarent multa opera bona, puta eruditio-
nē sacræ, correptiones, monitiones, exhortationes, orationes, quæ sunt pro
malorū correctione. Quando ergo zizania omnis tolleretur, multum eu-
leretur tritici, id est, magna pars bonorum operū interiret, propterea quod
tunc locum non haberent multa exercitia bona. Sic Apostolus dicit: Op-
ter hæreses esse, vt qui probati sunt, manifesti siant. Quid enim tam claram, luci-
damque reddit fidem nostram, sacram Scripturam, quam persecuto-
reticorum: Illis enim falsitatem prædicantibus necessaria erat doctores veri-
tatis sudare, operamque omnem nauare ac querere, quibus locis impeta-
tem euincere, quibus argumentis rationibusque hæreticorum errores
confutarent. Vnde vehementer illustrata est Ecclesia. Si nullus fuisset ha-
reticus, non haberemus fulgida scripta patris Augustini, multa nobis des-
serent ex Hieronymo præclarā monumenta, ex veteribus item alijs admiranda nobis multa deessent. Itaque si Christus flagellat omnem filium, quē reci-
pit, quis nos flagellarer, id est, per quos Deus flagellarer suos filios, si nō mali
superessent, qui torquerent? Ad quid autem mali torquerent nos? vt idonei di-
gnis efficiamur regno cælorum. Et quid melius regno cælorum? Quid vi-
lius? Vide, hac per malos homines præstat nobis Deus. Sed absit vt prope-
rea, quia nobis sunt perseguendo viles, vt in hoc etiam sibi sint viles. Absit
vt iuxta id, quod Deus per malos nobis præstat, etiam illis retribuat Deus.
Non iuxta hoc eis retribuit, nec ministros eos, vt pote flagellatores suos
agnoscit, nec quia nos Deus purgare voluit, & illi nos purgauerū, ideo Deo
obedierunt. Sed nobis reddit iuxta patientiam nostram, & illis reddet se-
cundum malitiam eorum. De hoc Augustinus diffusè tractas illum Psalmus
Deus vltionū Dominus. Videte (inquit) quanta nobis præstitit Deus, de ipso
immanissimo scelere proditionis. Iudas quippe tradidit ad passionem Filii
Dei,

1. Cor. 11.

Augustin.

De, & per passionem Filij Dei omnes gentes redemptæ sunt ad salutem, nec tamen pro salute gentium merces tradita est Iudeæ, sed pro malitia eius, de binum eius supplicium retributum est. Nam si traditio, & non tradentis minus considerādus est, hoc fecit Iudas, quod fecit Deus pater, de quo scripsit Romani. 2. quia proprio Filio suo non pepercit Deus, sed pro nobis omnibus tradidit illum. Hoc fecit Iudas, quod fecit ipse Dominus Christus, de quo scriptum est: Ephes. 5. Quia scipsum tradidit oblationem & hostiam Deo in odorem suavitatis. Et tamē gratias agimus Deo, qui unico Filio suo nō pepercit, sed pro nobis tradidit eū. Gratias agimus Filio, qui scipsum tradidit pro nobis, & in eo voluntatem Patris implevit. Et detestamur Iudam, de cuius facto tantū beneficium nobis præstvit Deus, & recte dicimus: Reddidit ei Dominus secundum iniquitatem eius, & secundum malitiam eius disperdidit eum. Non enim ille pro nobis tradidit Christum, sed pro argento, quo vendidit eum. Sicut ergo malis obest bonitas iustorum, sic bonis prodest iniquitas impiorum. Hac Augustinus. Advertendum est autem diligenter (si quis hunc textum velit de hæreticis intelligi, nam si super verbo diuino zizania, id est, dogma peruersum seminans) quod Dominus causam assignans, quare hæreticos dixerit non eradicandos, hoc inducit, ne forte euellatis cum zizania simul & triticum, insinuans in hoc casu nullum esse fructum exterminari eorum. Ne tamen credantur placere Deo virtus & mala eorum, præmonens dicit, quid sit futurum eis tempore messis, quomodo in fasciculos sint ligandi, & igne inextinguibili comburēdi. Colligitur igitur hoc, vbi hæretici nocēt fidei Christianæ, vbi nocent animabus, quotidie animas Deo abstrahentes, & in errorum mittentes, & quando satis moniti, & semper incorrigibiles (vt ferè omnium est hæreticorum consuetudo) inueniuntur: ibi, inquam, sunt de medio tollendi. Neque enim minori cura est agendum pro salute animarum, quam pro salute corporum, aut pro Reipublicæ salute, idq; iuxta aliā Scripturam dicentem: Auferte malum de medio vestri. Primo enim sunt ab Ecclesia de medio fratrum, id est, de communione fidelium separādi (est enim hoc separatio medicinalis.) Qui si non correxerint se, sed præbuerint se in corruptionem multorum, multosq; seducant, sunt etiam tradendi iudicio seculari, de quibus quid sit faciendū, leges declarant. Et hoc non prohibet fieri Dominus, si modō ita abscondi possint, ne simul pati, perireq; propterea habeant innocentes fideles. Nam quod pro multorum est salute institutum (vt hæretici, qui maximè & præ omnibus nocent, exterminentur) non debet fieri, vbi contra est multorum salutem. Vbi ergo hæretici principiū haereticorum contra est, ha quando sunt protectionem ac fauorem, nec euocari, euinciri possint, nec etiam argui, sed timeretur, expectareturq; bonis persecutio, si punirentur, plectenteretur morte corporali, tolerandi sunt potius, quam persecundi, ne forte fecit Dominus dicit, cum euellimus zizaniam, hoc est, quum hæreticum de medio tollimus, multò id pluribus noceat, quam si fuisset dissimulatus, hoc est, si eius punitio aut sublatio causa fuerit, vt æque, aut maiorem propterā fuit neāt persecutionem fideles, tunq; est dissimulandum, Deusq; inuocandus, vt fides suæ, ouibusq; suis prouideat. Non est autem tacendum, zizania quædam esse, qua seminat diabolus, aut etiam propria malitia, quæ non sunt dissimulanda, sed magno zelo, quantocius extirpanda. Sunt autem R. virtus,

Vitia sub virtutum specie **fe palliantia.** **130** **vitia,** que sub virtutum specie occultantur, & nonnunquam faciem induunt
virtutis, virtutesq; ab ignorantibus nominantur. Hęc extirpanda sunt magna diligentia. Periculorum enim est valde, dum virtus virtutes creduntur, dum superbia mentitur se humilitatem, dum ira iustitiae zelū, dum amor carnalis charitatem se nominat.

Superbia sub **cuius virtutis specie** **lateat.** Ut igitur videamus, contingit primo superbiam latere sub specie zeli aut iustitiae. Sunt enim, qui aliena carpunt virtutem, & si modica sunt, eadem emam aggraunt, iudicantes grauiter & daramentes, quo ipsi prastantiores, perfectioresque his, quos vituperant, habeantur. Sunt quibus dominandi appetitus dominatur. Hi satagunt sub specie zeli alios sibi committi instruendos, ut à discipulis magistri, à subditis patres appellentur. Latetque nonnunquam ipso quoque superbiam hęc, ut quasi per esuriem iustitiae videantur sibi magisterium, officium ve aliquod appetere, ut proficit multus, ut ædificant & plantent. Sed non raro mentita est iniquitas sibi ipsi, qui sit et omnes cordis sui latebras scrutarentur, inuenient sibi dulcissimis arridere, præesse, quām prodesse. Quod inde liquet. Nam dum quod cupiunt, sequuntur fuerint, tametsi in principio aliquam ostentent diligentiam, paolo post id, ad quod videbantur anhelare, puta eruditio, ædificationem, exhortationes, deuotionis studium finali cum lectio negligunt. Secundum superbiam sub specie humilitatis palleat se superbiam, nam humiliando se nasciuntur specie vita-priebia. Exercitia enim humilitatis, ut sunt vilitas in vestibus, paupertas in rebus, cum infimis conuersari, honores spernere, gloriam fugere, plerumque superbiam inducent. Adeo difficile est discernere inter veræ falsæ humilitatis signa, adeoque est rarum à virtutibus virtus prudenter secessere. Et autem virtutem quodius latens eo periculosus, quo minus manifestum. Nixum autem est magis omnino, vbi etiam ab eo quē obseruit, virtus putatur. Sunt præterea bona alia innumerabilia, sub quorum specie se ingerit superbiam, ut dum bonum queri putatur, non virtuti, sed virtus seruatur. Quod quid aliud est, quam zizania super tritico seminata ab homine inimico?

Avaritia sub **cuius virtutis specie se** **ingerat.** **Gregor.** Simili modo fit in avaritia, quam inimicus superseminat sub specie trichis boni. Fingit enim licitum esse thesaurizare sub specie prouidentiae, ut sua aliorumq; necessitatib; prouideat. De hoc vitio Gregorius dicit: Avaritia devictum animū quasi ex ratione sole exhortari dicens: Valde sine culpa est, quod quedam habenda concupiscis, quæ non multiplicari appetis, sed degere pertimescis. Secundo sub pietatis colore seminatur. Avari enim congregant & multa retinent beneficia sacerdotes, ut magna condant testamento, ut facyentia dotent, ut eleemosynas tribuant, & sub illa quidem specie congregant, quam in vita tamen nihil horum efficiant, quippe qui à pecunia non possint separari. Deinde quanta superseminat, quæ pertinent ad carnalem amorem, seu luxuriam sub specie amicitiae, aut sancti amoris? Nam cōglutinat diuersi sexus homines amore inquietissimo, ut nihil cogitare, nihil loqui illis libeat, nisi de amata (ut ita loquar) persona. Collocatio corū insatiabilis est, salutationes infinitæ, literæ dulcissimæ inter eos, & creberint, manuscula gratissima, nunciations lepidissimæ. In his quasi dorminare videtur hostis infernalis, donec sic aggrediatur fuerint, ut alteri alter nihil negare possit, tunc primum erigit se inimicus, & libidinum stimulis, ut

vtrunque

Iere. 1.
Psalm. 26.

Superbia sub **humilitatis** **specie vita-priebia.** Exercitia enim humilitatis, ut sunt vilitas in vestibus, paupertas in rebus, cum infimis conuersari, honores spernere, gloriam fugere, plerumque decipiuntur.

Anaritia sub **cuius virtutis specie se** **ingerat.**

Gregor.

Luxuria quo
fæse fuso
palleat.

Simili modo fit in avaritia, quam inimicus superseminat sub specie trichis boni. Fingit enim licitum esse thesaurizare sub specie prouidentiae, ut sua aliorumq; necessitatib; prouideat. De hoc vitio Gregorius dicit: Avaritia devictum animū quasi ex ratione sole exhortari dicens: Valde sine culpa est, quod quedam habenda concupiscis, quæ non multiplicari appetis, sed degere pertimescis. Secundo sub pietatis colore seminatur. Avari enim congregant & multa retinent beneficia sacerdotes, ut magna condant testamento, ut facyentia dotent, ut eleemosynas tribuant, & sub illa quidem specie congregant, quam in vita tamen nihil horum efficiant, quippe qui à pecunia non possint separari. Deinde quanta superseminat, quæ pertinent ad carnalem amorem, seu luxuriam sub specie amicitiae, aut sancti amoris? Nam cōglutinat diuersi sexus homines amore inquietissimo, ut nihil cogitare, nihil loqui illis libeat, nisi de amata (ut ita loquar) persona. Collocatio corū insatiabilis est, salutationes infinitæ, literæ dulcissimæ inter eos, & creberint, manuscula gratissima, nunciations lepidissimæ. In his quasi dorminare videtur hostis infernalis, donec sic aggrediatur fuerint, ut alteri alter nihil negare possit, tunc primum erigit se inimicus, & libidinum stimulis, ut

vtrunque

vrunque, aut infirmiores concurit. Quo tandem emergant huiusmodi,
ut quo fine consument hunc amorem, quem ab initio spiritualem puta-
bant, verecundum est dicere. Seminavit enim inimicus zizaniam super se-
cimne iusto & sancto charitatis. Eamus ad acediam seleni, quod sub specie
discretions & propriae compassionis seminatur. Indulgetur enim ventri, abscondat.
indulgetur somno, indulgetur denique alijs solatijs carnis nimium, sub spe-
cie, ne nimia austerritate fibijs noceat. De hac inertia, ac acedia Auguſti Auguſtia.
ni loquens, dicit: Acedia & ignavia dicunt: Si lectioni cotinuato studio in-
ſiliis, oculorum caliginem incurris. Si indefineter lachrymas fuderis, ipſos
enam oculos amittis. Si quotidiano te labore afficias, ad opus spirituale quā-
dus surges? Est nihil minus alia frus, qua sub specie virtutis acediam dia-
bolus seminat. Nam aliquos vbi viderit virtutis studiosos atque superbiz
hostes, eis suaderet bonis operibus quiescere, ne magni reputentur & san-
cti: sed potius quiescant à bonis studijs, operibusq; ut viles, humiles, &
ignoti maneat mundo, & vt delitescant in humilitate viuentes.

Hoc modo ybique super Christi doctrinam sanctam & salutarem super-
seminat diabolus dogma pestiferum suum hereticorum, malorumq; ho-
minum, quod tamen eradicari vetat (vt dixi) in hoc solo casu, vbi com-
modo id fieri nequit, vt eradicetur sola zizania, absque graui turbatione
electorum Dei. Nam, si id fieri potest, vt tritico saluo euellantur zizania,
nequaquam prohibet quin euellantur. Quomodo enim velit zizanijs gra-
varii triticum, vbi separari possunt, quando adeo diligit triticum, vt ne
ipsum euellatur, simul zizaniam quoque propterea tolerat? Habemus au-
tem exemplum de hereticis, impisq; exterminandis in zelo Moli, qui
postquam populum Israel adorasse cognovit vitulum, Leuitis præcepit vir ^{Numer. 11.}
alioqui iniustissimus iubente Domino, dicens: Ponat vir gladium super femur ^{Exod. 12.}
fum. ite & redite de porta vsque ad portam, per medium caſtorū, & occidat vnuſ-
enque fratrem suum, & amicū, & proximum suum. Ceciderunt autem die il-
lā quasi viginta tria milia hominum. Simili modo in Numeris legimus ^{Numer. 25.}
præcepit Mosi de his, qui initiati sunt Beelphégor, hoc est, qui fornicati fu-
erant cum filiabus Moab, & adorauerunt deos earum, cœſa viginti quatuor
milia virorum. Non leuiores pestem inferunt heretici animabus alienis,
quam hi præfati fibijs. Atque ideo vbi segregari possunt, & emendare se
volum, non sunt tolerandi. Discamus postremo oportet hic vigilare ^{Vigilantia}
aduersus infidias diaboli, ne seminat intra nos, id est, exußiat, & incēdat ma-
teria cogitationes. Quarum si semina in nos iecerit, hoc est, primos excita-
tur passionum motus, entendum ne permittantur crescere, sed in initio ^{quanta opus}
eradicentur. Mora enim robur illis præstat, vt eo difficultius tandem euel-
lantur, quo diutius in nobis iacuerint. Addat nobis Dominus virtutem, &
fortitudinem ad contumaciam cordis nostri mundiciam, & illuminet in-
tellectum nostrum, quo prudenter omnes diaboli technas euadere, omnia
renia eius dirumpere, & cuncta ipsius semina valeamus eradicare, per Chri-
stum Dominum nostrum, qui est benedictus in secula, Amen.

T. VI
21

132
IOAN. LANS. CARTHVS. SERMONES
EXEGESIS EVANGELII EIVSDEM DO-
minice VI. post Nativitatem Christi, tuxta
ritum quorundam Ecclesiarum.

Matth. XI.

Matth. II.

Matth. III.

Matth. XI.

Isaia 5.

Iordan. 9.

Abscondita
quænam sunt
superbus.

Sapientes.
verè quinam
genendi.

Ante hoc Euangelium scribit Matthæus Dominum Iesum exprobans se multis ciuitatibus in quibus virtutes fecerat multas, quod ad paenitentiam non fuissent conuersæ, sed in Ioanne præcursori suo, qui austerioris videbatur vita, & in se, qui clementioris atque communoris, fuerant homines incolæ illarum scandalizati, insinuans, quod eo gravius essent habitudi iudecum, quo præstata eis fuerant beneficia maiora. Ingratitudo enim erat ingens, quando beneficia Christi multis, qui præclara coram eis variaq; miracula fecerat, fides eorum non respondebat. Idcirco dixit. *Vobis Coroz. am. vobis Bethzaida, quia si in Tyro & Sydone facta fuissent virtutes que factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cimere paenitentiam egissent, Verum amen dico vobis. Tyro & Sydoni remissus erit in die iudicii, quam vobis. Etsi Capharnaum, nunc quid in calum exaltaberis? V[er]o que in infernum descendes. Quia si in Sodomi factæ fuissent virtutes, que factæ sunt in te, remississem utique vsque in hunc diem. Verum amen dico vobis. Remissus erit terra Sodomorum in die iudicii, quam vobis.* Respondens igitur Iesus ad questionem, qua inde nascebatur ex illis verbis, & quæ potuisse illi fieri. (Sciens enim quis potuisse. Quare plebs Iudeorum, quorum hic ciuitatibus exprobabant, fuissent increduli, cum gentes adeo fidem alacriter recepissent) Patris suo gratias agit, dicens:

Confiteor tibi Pater, Domine celi & terræ, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea parvulis.

Confiteor tibi, hoc est, cognosco, fateor, ad laudemque tuam manifesto, & tibi gratias ago, qui Pater es meus per æternam generationem, aliorum autem membrorum meorum per adoptionem. Domine celi & terræ, hoc est vniuersorum, tam cælestium, quam terrestrium, tam visibilium, quam invisibilium. Quia abscondisti hæc à prudentibus & sapientibus, & reuelasti ea parvulis. A prudentibus & sapientibus, non à verè sapientibus, sed à præsumptuosis, ab inflatis, à tumidis & superbis, qui sapientes sunt in oculis suis, cuiusmodi erant Pharisei, Scribiæ & Legisperiti, & reuelasti ea parvulis, humilibus, nihil de se præsumentibus, hoc est, Apostolis, & per eos credentibus. Quæ sunt autem, quæ abscondita sunt superbis, nota facta humilibus? Mysteria Euangeli, diuini beneplaciti secretæ, confilia Dei & fidei arcana. Ea enim abscondita sunt prudentibus & doctis huius mundi, ut licet multa de his intelligent, multa disserant & doceant, non tamen ea, quæ loquuntur, mentem eorum afficiunt. Hi enim quorum mens afficitur, suauiterque consentiens quiescit in amore veritatis, in cognitione, approbationeque diuini beneplaciti, verè sunt sapientes dono sapientia illuminati, & charitate confortati, quantumlibet sunt, sive erudi, sive illiterati, sunt tamē humiles & parvuli, idonei ad Spiritus sancti capienda illuminationem. Hi sunt, quibus Deus secreta sua reuelat.

Alij.

¶ Verò omnes, quamuis eloquentes, quamvis docti, quamvis prudentes, huiusnam sunt coram Deo. Nihil enim stultus, quam Deo non obediens, ceteris terrena preferre, caduca magis, quam Deum amare. Beati igitur cibis Deus ea reuelat: beati etiam, quos Deus parvulos ac dignos hac reue-
lione facit. Neque enim habet homo, ut gloriatur se parvulum fuisse, aut lamilem, & propterea illuminatum. Si illuminatus es, à Deo illuminatus es, & si parvulus es, à Deo hoc quoque accepisti, ut parvulus es. In omni-
bus igitur laudanda est multitudine dulcedinis diuinæ, & misericordiae eius
euberantia infinita. Iraque reuelat Deus secreta sua, ea scilicet, ut sunt via Secreta qua-
alipsum occultæ, ad perfectionem tractus quidam, sed & discretio quoque, suis reuelat.
nam Deus
prudentia, ac moderamen, inter agenda, eligenda & responda, cognitio
nem & amor diuinæ voluntatis, quæ omnia humilibus reuelantur bonæ
voluntatis. Horum innumeris fuere, suntq[ue] hodiè omnes electi Dei, qui
non in sublimitate sermonis, non in calliditate & astutia sensus, non in opi-
zione magni nominis, aliquid apud filios huius seculi aestimati sunt, sed à
mundo potius contempi, atque viles inutillesq[ue] reputati. Hi, inquam,
sunt parvuli illi, quibus Deus reuelauit. Quapropter Apostolus dicit Co-
rinius: *Videte, iniqui, vocacionem vestram fratres, quia non multi sapientes sunt 1. Cor. 1.*
iter vos (de mundi sapientibus loquitur) sed quia stulti sunt mundi, elegit Deus,
n confundat sapientes. Et iterum: *Nonne stultum fecit Deus sapientiam huius ibidem.*

Ita Pater, quoniam sic placitum fuit ante te.

Ita sit, ita congruit, sic te decet Pater, quoniam tibi ita agere est beneplaci-
tum. Tua enim voluntas congruentissima, sapientissima, iustissima, ac opti-
ma est. Quare etiam, cur hi illuminentur, isti relinquuntur, ratio non est
alia nobis inuestigabilis, quam diuinum sanctissimumq[ue] Dei beneplaci-
tum. Voluntas enim Dei est, ut hic saluetur, iste relinquatur. Petrus namque Matth. 26. 27.
& Iudas, uterque peccauit, nec impossibile fuit Christo respicere misericor-
dizis oculo Iudam, quemadmodum respexit & Petrum. Sed quare non
ficerit, non aliud respondere nos possumus, nisi quia non voluit. Propter-
ea sanctus Augustinus in Homelia dicit super verbo: *Nemo venit ad me, nisi* ^{Augustin.}
Pater meus traxerit eum. Quem trahat, & quem non trahat, & cur istum tra-
hat, & illum non trahat: *Noli iudicare, si non vis errare.* Nondum trah-
itis ora ut traharas. Hoc tamen certum legimus in scriptura, Deum dici in-
Exod. 7.
durare, non misereri, excusare, & hic Deum proinde abscondisse quibus-
dam Euangelium suum. Deum, hoc est, Christum locutum esse in parabo-
lis, ut videntes non videant, & audientes non intelligant. Verum hoc & o-
mnia alia, de Deo inelligenda sunt negatiue, hoc est, quod non querenti-
bus, non volentibus non dat gratiam suam, quomodo sol fenestras suas
occludentibus negat radios suos. Verum qui aperit, nonne ex dono Dei a-
perit? Nihil igitur possumus hic definire. Sed dicit quis: Et qui fenestras suas
aperit, nunquid non ex dono Dei aperit? Dico verum est, cogimur igitur ta-
cere, quia non possumus inuestigare, & fateri cum Apostolo: *Non esse volentus,* ^{Rom. 9.}
ut que curremis, sed miserentis Dei.

Omnia mihi tradita sunt à Patre meo.

R. 3

Certum

E. VI

21



Certum est Filium Dei esse aequalem Patri, Deum de Deo genitum, consubstantiale Patri. Certum est etiam, iuxta Christi humanitatem, omnia tradita Christo a Patre suo, quandoquidem ipse quoque post resurrectionem Apostolis fatetur, dicens: *Data est mihi potestas omnis in celo & in terra.* Quod tamen non ita crasse intelligendum, ut Pater se ab aliqua potestate aut virtute exemerit, sequitur nudans eandem Filio tradiderit, sed ita tradidit Filio omnia Pater, ut eadem nihilominus quoque remaneant in Patre.

Et nemo nouit Filium nisi Pater, neque Patrem quis nouit nisi Filius, & cui voluerit Filius reuelare.

Non est intelligendum, quando dicitur: Nemo nouit Filium nisi Pater, aut ediverso, nemo nouit Patrem nisi Filius, quasi Pater non nouerit ipsum, aut seipsum non nouerit Filius: sed intelligendum est, ut sub intelligatur nemo alterius essentia nouit Patrem nisi Filius, tunc enim adstruitur, &c. nosse & Filium, & Spiritum sanctum. Excipitur enim quilibet alterius essentia, non excipitur quilibet alterius personæ. Nemo igitur cognoscit Deum perfectè, nisi Deus, sive Pater, sive Filius, sive Spiritus sanctus. Deus enim solus cognoscit seipsum, quia Deus, quem infinitus sit, à finito cognosci non potest. Quamuis autem Deum, nulla cognoscere possit creatura, hoc est, eius essentiam, radius enim aliquis diuinae essentiae co-communicari potest intellectuali creature, quo iuxta capacitatem suam intellectualis creature, sive angelica, sive rationalis aliquo modo illum cognoscit. Siquidem in hac vita per fidem & donum sapientiae cognoscunt Deum electi, non quidem perfectè, sed ex parte. Porro in patria (sicut Ioannes ait) videbimus eum faciūti, scilicet in seipso, non tamen plenè comprehendendus eum, sicut ipsum seipsum plene comprehendit infinitus in infinito. Iam itaque ubi se aequaliter monstrauit Patri, ubi non omnibus sui notitiam infundat seu reuelaram ostendit, exclamat:

Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.

Venite ad me omnes per conuersionem mentis. *Conuertimini ad me in corde vestro.* Venite per desiderium spiritus. Venite per auersiōnem mentis vestrae a carnalibus desiderijs, & rebus caducis, quæ nihil vobis proderunt in die visitationis vestrae. Venite ad me per imitationem virtutum, & actuorum meorum. Venite igitur ad me omnes qui laboratis, & onerati estis. Omnes qui laboratis varijs aegritudinibus animæ, torpore, ignorantia, caligine, concupiscentia, infirmitate, praua consuetudine ex forniti peccati, vel per me adiuti non laboreatis. Venite omnes, qui laboratis & onerati estis peccato idololatriæ reliquisque immanissimis sceleribus, quæ vos gravauit ponderosius talento plumbi, deponentes omne hoc pondus & circumsfans vos peccatum. Venite etiam, qui sub onere estis legis, quod vobis imposuit Moses, id quod neque vos, neque patres vestri ferre potestis, & ego reficiam vos pane confortationis, & consolationis, & gratia mea.

Est autem multiplex panis, quo nos Christus reficit. Panis superstantialis, qui sumitur in Sacramento, de quo Christus dicit: *Caro mea est pectora vestra, sanguis meus est aqua vestra.*

Matth. 8.

a. Cor. 13.
1. Ioan. 3.Zech. 12.
1. Pet. 1.Hebr. 12.
Panis quotuplex.
Luc. 6.
Ioan. 6.

¶ Denique: *Panis, quem ego dabo vobis, caro mea est pro mundi vita.* Est ite-
rum panis obediens, ac honestus actionis, de quo Christus idem dicit: *Mens* ^{10an. 4.}
est, ut faciam voluntatem Patri mei. Est deinde panis lachrymarum. Est ^{Sal. 79.}
quaque panis vita & intellectus. Omnibus his reficit Christus. Exultemus ^{Eccl. 5.}
igitur ad hanc vocationem suauem, omnique gaudio plenam, vbi non unus
aut alter, sed omnes vocamur. Quo? A labore ad requiem, ab oneribus ad
restitutionem, ab ira ad gratiam, a morte ad vitam, a tenebris ad lucem, a ca-
ritate ad libertatem, a seruitute ad amicitiam Dei.

Tollite iugum meum super vos, & discite a me, quia mitis
sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus ve-
stris. Iugum enim meum suave est, & onus meum leue.

Iugum obedientiarum legis Euangelicarum significat. Vnde *beatus homo, qui por-*
tauit iugum Domini ab adolescentia sua. De hoc iugo Domini, quod hic voca-
tur suave, Augustinus luculentissimum facit sermonem, quasi interrogan-^{Thren. 2.}
do dicens: Mirum videtur quibusdam fratres charissimi, quum audiunt ^{August.}
Dominum dicentem: Venite ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, &
ego reficiam vos. Tollite iugum meum super vos, & discite a me, quia mitis
sum, & humilis corde, & inuenietis requiem animabus vestris. Iugum enim
meum suave est, & onus meum leue, & considerant eos, qui iugum ipsum
intrepida ceruice subierunt, & sarcinam illam mansuetissimis humeris ac-
terperunt, tantis agitari & exerceri difficultatibus huius seculi, ut non a la-
boribus ad quietem, sed a quiete ad laborem vocati videantur, cum & Apo-
stolus dicat: *Omnes qui volunt in Christo pie vivere, persecutionem patientur.* Ait ^{Tim. 2.}
ergo aliquis: Quomodo iugum leue est, & sarcina leuis, quandoquidem &
iugum & sarcinam ferre, nihil est aliud, quam pro vivere in Christo.
Et quomodo dicitur: *Venite ad me, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam*
vos, ac non potius dicitur: *Venite qui vacatis, ut laborete?* Nam & vacan-
tes inuenient, quos conductixt in vineam, ut ferrent astum dicte. Et sub illo iu-^{Math. 20.}
go leui, & sarcina leui audiamus Apostolum dicere: *In omnibus exhibeamus* ^{2. Cor. 6.}
*nosmetipos, tanquam Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessariis-
tibus, in angustiis, in plagiis, & cetera.* Et alio loco in eadem epistola: *A ladeis* ^{2. Cor. 11.}
quinques quadragena rura minus accepi. Ter virga casus sum, scilicet lapidatus sum,
*ut nasci iugum feci. Nolite & die in profundo mari sui, & cetera, quae nume-
rati pericula quidem possunt, sed tolerari, nisi Spiritu sancto iuante, non*
possunt. Omnia ergo illa, quae commemorauit alpina & grauia, frequentius ^{Iugum Do-}
& abundantius sustinebat: sed profecto aderat ei Spiritus sanctus, qui in ex-
terioris hominis corruptione, interiorem renouaret de die in diem, & gu-
fata requie spirituali in affluentia deliciarum Dei, in spe beatitudinis futurae. ^{modo Spiritus}
omnia praesentia deliniret aspera, & omnia grauia releuaret. Ecce quam suau-
e iugum Domini portabat, & quam leue sarcinam, ut omnia illa, quae supe-
rius enumerata, dura & immania omnis auditor horreficeret, leuem tribula-
tionem diceret, intuens inter oribus & fidelibus oculis, quanto prelio tem-
poralium emenda sit futura vita, non pari aeternos labores impiorum, & si-
ne villa sollicitudine perfrui eterna felicitate iustorum. Et post pauca. In o-
mnibus rebus quoque terrenis, quarum licet studia, exercitia que laborio- ^{August.}

R. 4. fissa

fissima ac difficilla sunt, laborem tamen hunc ostendit tolerabilem, & sumpnum suauem, idque per amorem, quo res huiusmodi, aut defiderantur, aut exercentur.

Vnde difficillimus quibusdam ac laboriosissimis enumeratis tandem concludens, ait: In omnibus his, qui haec non amant, puta in militia, negotiacione, venatione, studio literarum, & reliquis id genus, qui haec non amant, eadem grauia patiuntur. Qui vero amant, eadem quidem, sed non grauia pati videntur. Omnia enim Iesua & immmania, prorsus facilis, & proprie nulla facit amor. Quanto ergo certius ac facilis ad veram beatitudinem charitas facit, quod ad miseriam, quantum potuit, cupidas fecit.

*Anor vii omnia
grauia le-
via efficiat.*

Roma. 8.

Paul. 15.

Math. 11.
Iacob. 4.
1. Pet. 5.

Rom. 12.

Quam faciliter toleratur quilibet aduersitas temporalis, ut eterna poena videntur, eterna requies comparetur? Non immerito Paulus vas electionis dixit: Non sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam, quare reuelatur in nobis. Ecce vnde iugum illud suave est, & sarcina leuis. Et si angusta est paucis eligentibus, facilis est tamen omnibus diligenteribus. Vnde dicit Pсалмista: Propter verba laborum tuorum ego iustodius vias doras. Sed quae dura sunt laborantibus, eisdem ipsis mitescunt amantibus. Nihil enim tam faciliter bona voluntati, quam ipsa sibi, & haec sufficit Deo. Hac Augustinus. Venit igitur, qui hactenus laborans in virtutis, & pro desiderijs vestris excellens, sub graui iugo, ut peccati servi militantis. Abjecite graue hoc iugum peccati quo diabolus vos premit, & propria voluntas. Abjecite in fatigabile, infatigabileque peccandi desiderium, quod vestigial ac pensionem quotidianam a vobis exigit, ut a labore multo liberemini. Quae enim requies dulcior, quam a peccatis ferias agere? Quae suauior, purior, honestior, ac quietior, quam virtutis non seruire? Venite igitur, inquit Christus, omnes qui laboratis & mole pravae estis confutudinis onerati, ut vos reficiam, ut vos relevem. Discite a me, quia misericordia sum, & humili corde. Hic ponit, vnde iugum suum nobis fiat suave. Humilibus enim Dominus semper dat gratiam, & humiles habent vnde non murment, vnde non fatigentur in opere Dei, vnde non gloriuntur, vnde sibi non placeant. Quicquid enim fecerint, minus illis adhuc videtur, eo quod debent. Porro mittem esse corde, est esse non amarum, non virulentum, non impatiendum, non iratum, non durum, non inuidum. Humilitatem itaque habere & mititatem, est habere ad Deum, proximumq; charitatem. Qui enim humilis est, praecpta Dei seruat, legi se Dei subiecti, diuinis obtemperat mandatis, patiensque est, ut qua a Dei prouidentia facta mitiuntur toleranda, non respuat, sed equanimiter ferat. Qui etiam humiliis est, proximum non despicit, non iniuriatur alicui, nemini exprobaret, nemini resistit, nemini oppugnat. Quapropter cum omnibus habet pacem, concordiam, & charitatem. Ad haec quoque maximae iustitia, quae facit verborum iniurias tolerare, benigno alienam iram sermone, suavi, serenoque vultu placare, ad contumelias tacere, non vlcificare, non pro malo malum reddere, dolos, fraudesque, aut non adverte, aut pie dissimulare. Has duas virtutes largiatur nobis Dominus Iesus Christus, qui est benedictus in secula, Amen.

SERMO

*Quibus Domini iugum sit suave: & humilitas quomo-
do obtineatur.*

*Quibus Domini ingum sit suane: & humilitas quomo-
do obtineatur.*

Descite à me, quia misericordia tua est & humilis corde. Ingredi enim meum suave est, &
Donu meum leue, Matthæi XI. Omnes nos piissimum Saluator vocat
ad iugum Euangelicæ legis, auocans à iugo diaboli, à iugo peccati
& à iugo propriæ voluntatis. Sub his enim iugis quamdiu adstricti fuerimus, cùcumur captiui cum contumeliam & contemptu Dei, ad omnem trans-
gressionem diuinorum præceptorum, & ad diaboli voluntatem. Quocirca vt dirumpamus vincula eorum, & proiciamus à nobis iugum viriorum, **Psalm.**
necessæ est vt salutare suaveque iugum Domini nobis imponamus, si Domini
volumus esse iumenta. Ne autem territi causem iugum nos Domini
ferren posse, promittit suum iugum graue non esse, sed suave & leue, ad
hoc nos velle reficer, quo facilius omnem feramus laborem. Hæc itaque
Domino promittente globum Choreitarum magnum audio, hoc est, Chris-
tianorum impiorum, falsorumque monachorum ego audio murmurant-
ium, obloquentiumque, quod nimis sit graue Domini iugum, video quo-
que quod fermè quotidie queritur occasio, qua Domini iugum omni-
tollatur, aut abiciatur, aut releuetur. Omnes clamant: Hoc mihi o-
nus graue est. Hoc ferre non possum: cum Dominus interim iugum suum
dicat suave, & onus leue. Est reuera Domini onus sive iugum suave, sed bo-
næ voluntatis hominibus, nam duris, immortificatisque hominibus, qui
propriam nolunt exuere voluntatem, necesse est vt durum, graue, mole-
stumque sit & sentiatur. Porro anima que ad Deum se convertit, que ad Deum
amans aspirat, que Deum querit, huic nihil est difficulter, quicquid illi
occurrit, quo se sperat placere Deo, aut perduci ad Deum. Dulcis enim
aded, aut saltē desideratus illi est Deus, ut eius amore, neque grauia, aut
molesta fastidire, neque declinare aduersa possit, sed gaudeat potius quod
inuenierit, vbi se commendabilem, obedientemque exhibeat Deo. Desiderium
namque hoc placendi Deo, amandi Deum, honorandi Deum, gratumque
quideidem exhibendi, non finit hominem quietescere, negligere aliquid,
ne permittit sentire iugi grauitatem seu molestiam.

Quicunque itaque anima à terrenis se abstrahit, studiosa quomodo con-
iungatur Deo, qua præterea conatur omnium medio carere, quod inter se
& Deum potest inuenire, huic proculdubio suave est iugum Christi, sunt
enim qui tolerant, sicut media inter Deum & animam suam, & diligunt gaudet.
Sua impeditamenta ipsa, his non mirum est, vt fiat iugum Domini insuauie.
Porro, qui ab omni proprietate, hoc est, à proprio amore, à propria affe-
ctione, sensu, iudicio, voluntate, zelo, opinione & inclinatione quacunque
propria, hoc est, quæ seipsum respicere, aut querere possit, fuerit excitus ac
liber, illi suauissimum est iugum Domini, quia voluntatem habet commu-
nem in Deo. Nihil enim torquet eum, cum non habeat in se proprium
quid, pro quo zeletur, cimentat, doleat, aut gaudeat: sed omnia habet communia-
cum Deo, hoc est, vnum velle & nolle, & omnia illi placent, omnia ita
vult, ut accident à Deo. Ad nihil aliud respicit, quam ad Dei beneplaci-

S tum.

tum, quia negligit, non recordatur, non querit, non amat seipsum. O quam
pacem habet, & quā suauiter portat iugum Domini, qui proprietate omni
caret, quicquid agit, quicquid patitur, nihil aut modicū sibi videtur, quia
nunquam suo potest satisfacere desiderio honorandi, exaltandiq; Deum.

**Onus Christi
leue quod.** Quae sunt autem onera? hæc sunt multiplicia grauamina, infirmitates,
incommoda, aduersitates quæ super hominem venire sinit. Sed hec
quæ paucis hæc sunt levia. Conquerimur omnes, effugere & evadere con-
namur omnes, cum tamen homini adeo sit necessarium pati, ut vix spiri-
tualis effici, vix ad interna venire queat, nisi pressuris & tribulationibus
impulsus. Quapropter cum Christum sportuit pati, & sic in gloriam suam intrat,

quid aliud nobis expectandum est? Et si patientium est nobis, cur dupli-
ca afflictione conterimus nos? Quare non voluntarij sumus ad patientium?
quare non hilares patimur? quare addimus onus oneribus nostris? Non
igitur consultius esse aut dici potest homini quicquam, quam ut suscep-
tione, resignatione, spontanea subiicit se Deo humillime, & consentiat,
offeratq; se Deo in eius benplacitum vniuersum. Qui huiusmodi est, onera
portat levia. Nihil enim illum conturbat. Quando quidem omnia iudicia
ex manu Dei recipit. Nam videamus quod reliquum est. Inuitat enim nos
Dominus ad iugum suum Euangelicum tollendum, hoc est, accipendum:
quo significat liberum arbitrium. Neque enim cogit nos, sed si consilio vo-
lumus acquiescere salutari, tollendum est eius iugum super nos, oneraq;
portanda, quæ nobis ille ferenda imponit. Hortatur autem nos ad recipi-
enda onera, promittens illa nobis fore levia. Quod vt ita fiat, docet nos vt
imitando eius discamus humilitatem, qua fiat vt nihil nobis graue, intole-
rabilis videatur. Vide autem quam grata sit illi, necessaria nobis humili-
tas. *A summo enim celo egresso eius*, sed non magna, subtiliae nobis aruit
philosophica documenta. Non mundi docuit astutiam, sed mitatem &
humilitatem. Discite, inquit, à me, quia mitis sum & humili corde. Hanc
eruditio nō nobis legendam obtulit in libro vita, hoc est, in libro humi-
litatis suæ, in libro sanctissimæ, innocentissimæque conuersationis suæ.
**Humilitas
Christi qua-
to studio i-
mitanda.** Brevis est hæc lectio, qua nihil brevius possit doceri, nil capi facilius, nil ob-
seruari vtilius. Beatus qui humilitatem in hoc libro didicerit vitæ, qui
cor suum hanc inscriperit lectionem, vt sépius, iterumq; inspiciat, ac imi-
tari gestiar exemplar sibi præmonstratum. Inter omnia agenda, in omni
eventu Dei seruus ad exemplar, hoc est, ad librum vitæ, ad vitam & humi-
litatem Christi deberet recurrere: in singulis ambiguous, eius mores, gestus,
actus & virtutes contemplari, seipsum interrogare investigando, curulmo-
di Dominus verba, cuiusmodi gestus, in hoc aut simili casu exhibuisse, &
quomodo illum conformiter debeat imitari. Gratissima certe Deo & ho-
minibus est humilitas, nec minus dulcis mititas. Ut igitur mites, humili
esse possumus, quæ sequuntur, obseruare studiosè nos docet. Primum, qui ex
animo cupiunt esse, inventarique coram Deo humiles, non refugiant hu-
miliari. Tantum enim necessaria est introducenda humilitati humiliatio,
quantum curvitatibus virgæ necessaria est curvatio. Quocirca omnia, que sa-
pientes huius mundi, & filii seculi huius arbitrantur ignominiosi, debet
audiosus & amator humilitatis libenter amplecti. Certissimum namq; est
signum

Lxx. 24.

Mlk. 10.

**Humilitas
quomodo ob-
sequatur.**

I.

Signum veræ contritionis, atque pœnitentia veræ probatio evidens, qua ag-
osci de præteritis dolere peccatis potes; si in omnibus cupias haberi iuxta
opinionem seculi minimus atque nouissimus, si ad æstimationem tui nul-
lam, hoc est, si ad nibilipendentiam tui possis, & ad tui contemptum perue-
nire. Hoc autem studium debet esse vigil & continuum, quod constanter o-
portet continuari. Est igitur pro regula tibi id generali tenendum: alioqui
quisquis libenter essem humilis, de quibuscumq; licitis seculi amatores eru-
bescunt, aut ignominiosum ducunt, non erubescere. Intelligat autem qui se
bi exercere cupit, magna indigere si Dei gratia, quam cooperatricem inue-
nit paratissimam, modo industria propria ad hoc vtns, voluntatem, co-
naturumq; habeat feruentem. Cauendum quoque, ne ex sui humiliations,
sia superbia interior sibi, aut complacentia, aut vanæ gloria nascatur ap-
petitus. Qui tamen si contra voluntatem tuam se conetur ingerere, contem-
nendus, exhibandusq; est, nec à bono propterea studio, exercitio vcecessandum.
Secundo, ad veræ humilitatis apicem aspiranti necessarium est (pro-
per confringendos superbiz moros) in omni re, & vbi cung; negligentia, er-
ror, delictumve admissum fuerit, id sibi adscribere, sibi culpam tribuere ac
fateri, si offendit humana contigerit, primo veniam petere, suam esse hanc
culpam confiteri. Et quanquam id non semper sit conscientia necessarium,
veniuriam patiens sibi culpam adscribat, atque Iesus à lgente veniam pet-
at, et tamen exercitium obtainenda perfectæ humiliatiæ necessarium. Et
hoc modo superbiam oportet propriam confringi, hoc modo humiliatiæ
constabiliri oportet, hoc denique modo ædificatur, meliorq; effici-
tur proximus, & le humiliantia à Deo accedit gratia maior propter concu-
lacionem victoriæ superbia. Tertio, non minus te culpabilem æstimare
Deoq; gratias agere conuenit pro culpa seu delicto non perpetrato,
quam de peccato admisso & condonato. Ex eodem enim manat fonte bo-
nitas & pars est misericordia, à delicto præseruare, & delictum remitte-
re. Omnium igitur te peccatorum clama reum, quæcumque homines au-
deris fecisse. Nam si non diuina te gratia præseruaret, iam cecidisses, hæc
exultatio profundius cor tuum penetrat ac humiliet. Inde enim mitigari
beris contineberisq; à iudicando proximum. Quem nolle vñquam iudi-
care in corde, aut in verbis coram alijs, tanta tibi proponere debes constan-
tia, tam firmo statuere pacto, quanto statuus non forniciari. Quarto chari-
tatem sinceram ad omnes te oportet habere, non separatum hunc plus,
hunc minus diligendo ex aliqua causa propria, puta quia tibi fauerit, quia
te excusat, quia tecum familiariter conueratur, sed pari, hoc est, diui-
no amore, eademq; charitate & bonos & malos diligere vnumquemq;
que felicitet in eo gradu quo à Domino Deo diligitur. Ibi igitur omnis pri-
uatus est excludendus affectus, relegandusq; amor omnis naturalis, quo
nostros amicos, fautores, pulchros homines, conterraneos, huiusmodi
et alios solemus in amore præferre. Quinto, in omnibus (vbi spirituali
id profectui non aduersatur) rebus temporalibus eligere locum viliorum,
remque ignobiliorum, alias quoque semper tibi ex animo præferre: gau-
dere quod ea, quæ alij rejeciunt, possis obtinere, alij optionem relinque-
re, atque te meliores æstimare & digniores in Dei oculis esse. Et hic vigilan-

S 2 dum,

dum, ne ex hoc estimationem tibi aliquam procurare velis aut gloriari cupias. Syncerum enim esse debet quodcumque studium humilitatis.

Sexto ad perfectam pertinet humilitatem super nulla re conqueri. Conqueri namque semper aut superbiam, aut amorem priuatum habet annexum. Disce

VI. igitur tu omnia in silentio sustinere, & quamdiu abest tibi periculum aut anima aut corporis, disce pati, disce non murmurare, non conqueri, discessere. Habet enim se penumero magnam speciem aut gloriantis inaniter, aut immortificati & impatientis conqueri, aut saltim alijs narrare, quid sustinueris. Quid enim opus est ut hominibus id referas, si ab hominibus non expectas mercedem? Porrò si ab hominibus mercedem aut fauoris, aut opinonis, aut gloriae quaesieris, apud Deum nullam expectabis, sed dicetur tibi: Reddita est tibi in vita merces tua. Disce igitur ubique in silentio apostolare salutare Dei. Non igitur te ipsum defendas, non te ipsum excuses, non pro te pugnes: sed tu tace, & Dominus pugnabit pro te.

Charissimi horror, moneo ac rogo vos omnes aduertere hanc lectionem Christi, & a Christo discere quam oporteat vos esse humiles. Absque humilitate nihil vobis conducit, imò nocent vehementer quocunque alia habent bona à Deo. Cum humilitate non nocebunt etiam bona voluntati mala praterita. Quare? quia eleuant vos in superbiam. Superbia autem destruit omnia bona, cunctaq; dona à Deo accepta. Nónne vidi sis hoc in superbio phariseo? Quanta enim ille enumerat, quæ ad laudem pertinent (quamvis propter laudem non dicat, quia in secreto orans recensuit, nec etiam sibi eadem a scripsit, imò pro his tanquam à Deo acceptis, gratias egit) neccamen omnia illa bona ei profuerunt propter superbiam quæ eius bona destruebat? Sed ubi aut vnde erat superbus? Quia despexit alios. Non sum, inquit, sicut caeri. Non sum sicut publicanus iste. Contempnit peccatores & eum, quem errans etiam iudicabat peccatorem, tamen illum Dei gratia per humilitatem ipsius iam iustificauerat. Contemnendo itaque non solum omnia bona sua contaminauit, & non accepta Deo fecit, sed etiam graui sepe peccato astrinxit. Quid ergo profuerunt ei omnia bona illa, quando hos defuit ei, vnde reliqua placere debuissent, scilicet humilitas? Porrò publicanus, quem Pharisæus peccatorem iudicauerat, non agnoscebat in schola, vnde gloriaretur, agnouit autem mala multa quorum posuereret, & pro quibus se humiliando veniam praecaretur. Quod ubi verba quinque tantum loquens faceret, dicendo: Deus propius esto mihi peccatori, exiuit iustificatus de templo. Videris quid fecit superbia? Videtis quid fecit humilitas? Discite igitur, inquit Christus, à me quia mitis sum & humiliis corde. Hæc namque est disciplina Christiana, ut simus humiles, neminem indigentes aut contemnentes, sed nos potius omni, creatura subiectientes proper Deum. Simus mites, neminem exasperantes aut lædentes, sed iniuriosos atque inimicos etiam quoscunque, non solum toleremus, verum etiam diligamus illis benefacientes. Non est alia via ad regnum celorum. Qui saluari cupit, hanc ambulet viam. Quisquis aliam ambulat, regem filiorum omnium superbie imitatur, & ad infernum ambulat. Quisquis aliam doceat, ad gehennam ignis te mittit. Dominus noster Iesus Christus, quod iubet, doceat, & quod nos doceat, nobis infundat, ut hic ipsum imitemur.

Lxx. 18.

in terris, & postea cum eo regnemus in caelis, qui est benedictus in secula,
Amen.

DOMINICA IN SEPTVAGESIMA. EPISTO-
la beati Pauli Apostoli, I. Corinth. IX.

Nescitis quod hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, sed unus accipit brauium? Sic currite, ut comprehendatis. Omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet. Et illi quidem ut corrupeibilem coronam accipiant: nos autem incorrumptam. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quod aerem verberans, sed castigo corpus meum, & in servitutem redigo: ne forte cum alijs prædicauerim, ipse reprobis efficiar. Nolo enim vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Mose baptizati sunt, in nube & in mari. Et omnes tandem eis a spiritualem manducauerunt. Et omnes eundem potum spiritualem bibuerunt. Bibebant autem de spirituali consequente eos petra. Petra autem erat Christus.

PARAPHRASIS IN EANDEM EPISTOLAM.

Satis ante hunc locum epistolæ Paulus explicat, quāta diligentia, quanto vteretur quoque studio ad promouendum Euangelium, cuius receptione multi saluarentur, quorumque ipse salutis promotor & particeps esset. Tantū autē operā impedit Euangelica promotioni, ut nihil negligatur, omnem moueret lapide, omnia pateretur, omnia proficeret quocauaret, ne scandalum pareret, aut offendiculum Euangelio. Qui enim, inquit, pro victoria & præmio currunt, ab omnibus abstinent quæ se impedirent, & quamvis omnes currant, omnium vnum idemque sit studiū, vnum conatus, alios præcurrere: vnuſ tamen solus obtinet brauium. Hoc medo vult inducere, ut omnibus præcipua & vna sit cura, & quibus possint viribus currant, omnēque robur suum extendat ad obtainendum brauium æternæ felicitatis. Quapropter dicit: Nescitis quod hi qui in stadio currunt, omnes quidem currunt, & vnuſquisque primus ad terminum spatiū veniente contendit, quo celerioris cursus sui obtineat præmium, non tamē omnes, sed vnuſ tantum accipit brauium, vt pote qui primus ad metā terminiūque cursus pertigeret? Hac Paulus vult nos similitudine docere, quod omnes debemus nos in anteriora extendere, nec aliter nisi, quām ipsi velimus brauium obtainere. Conatus nanque tuus beneficiendi eo se debet extendere, ac si uipse esse velis primus, qui cæteris velocior currat primusque veniat. Et quamvis conatus corporalis & virium in cursu viarum Dei proficiendi es posuit nimius, adeo ut non solum non promoueat, sed impedit etiam celeritatem venienti ad perfectionem virutum, charitas tamen & devotione in infinitum se potest extendere, vt nunquam tantum ames Deum, quin possis plus diligere. Nunquam tam magna escharites, quin esse possit maior. Quapropter nullam vnuquam tibi constitutas mensuram charitatis, qua-

1 Cor. 9.

S 3 attigil-

F. VI
21